Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Qvaestio tertia

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

QVAESTIO TERTIA
De Postpraedicamentis.

Praesens quaestio movet a nobis ad declaranda ea quae Aristoteles in 3a parte sui tractatus de Colligatis docuit in quo tradidit notitiam postpraedicamentorum hoc est eorum quae ut ait Caret sequuntur diversa praedicamenta sicut namque ante doctrinam praedicamentorum tradidit Aristoteles eorum notitiam quae vetuit principia et fundamenta erant tradenda et postea singula gratia cum suis proprietatibus enumeravit sic modo quae ad omnia supremae gratiae consequuntur explanat.

Haec a. ut melius intelligantur sit dubium unicum unicum

DVBIVM

Quid sit Postpraed. et quae sint Postpraed. ab Aristotele enumerata?

Circa 1a Postpraedicamentum nil est aliud quam proprietas quaedam eorum praedicamenta tanquam modus aliquis imperfectus.

Expli. dicto. Nomine proprietas non intelligitur proprietas rigorose accipta alias illa et voluntas et potentia nisi quae emanant ab essentia rei sunt post praedicamenta quod tamen falsum est cum spectent ad praedicamentum qualitatis, intelligitur ergo nomine proprietas aliquid connexum cum praedicamentis sive ad illa consequitur sive antecedenter ad illa se habeat quod dicitur post propter postpraedic. Motus licet non se illi antecedenter habeat ad alii praedicamenta ut est Motus generationis qui antecedit substantiam genitam tanquam via ad ipsam et Motus localis antecedit ubi seu praesentiam locatam tanquam via suum terminum, adhuc tamen Motus est postpraedicamentum quia est quod connexum cum praedicamentis et semper comitatur illa, quoniam non possit dici Motum semper praesupponere causam agentem vel Moventem et sic consequenter saltem ad alii praedicamenta seu sc. substantiam et actionem.

Chro 2a 5 Enumeravit Arlis post praedicamenta et sic.
Oppo Prius simul Motus et Habere.

Haec post praedicamenta reperiuntur in omnibus praedicamentis licet non eodem modo quod patet.
Omnia praedicamenta in partibus habent distinctionem cum sint 1o diversa ergo et habent
oppositionem, omnis enim distinctio fundatur in alijs oppositionibus, oppositio ergo reperitur in
singulis praedicamentis quia singula explicant diversas formalitates per quas
habebunt inter se formalem oppositionem saltem contradictoriam una namque affert
negationem alterius.
Deinde praedicam. substantiae est prius natura omnibus alijs praedicamentis quia omnia
accidentium gratia fundantur in substantia tanquam in 1o subiecto quod saltem
natura prius esse debet, nec tamen prioritas reperitur in substantia sed et in omnibus alijs
supremis generibus quia ut recte hic ait Caret. omnia gratia sunt priora suis
speciebus et species sunt priores suis individuis.
3m Post praedicam. Convenit tamen omnibus praedicam. quia omnia sunt simul tempore ut patet.
4m Post praedicam. Reperitur tamen in singulis praedicam. non tamen aequaliter. Motus enim
tantum ad 4or gratia sc. substantiam qualitatem quantitatem et ubi dat per se, ad
alia a. praedicamenta Motus tamen dat per accidens praesertim ad praedicamentum
relationis.
5m Post praedicam. Commutatur substantiam respectu caeterorum praedicamentorum
nisi cum haec sit quod communissimum tamen singulis convenit praedica-
mentis cum nullum sit praedicam. quod ad minus non habeat suum effectum
formalem ut patet.
Et quod Arlis sufficienter enumeraverit post praedicamenta patet in partibus ex
consensu omnium Philosophorum qui unanimiter haec 5 post praed. agnoscunt et nec plura
nec pauciora admittunt.
Deinde patet hoc inductive non enim potest dari alijs proprietas communis haec post praedica-
mentum quod haec 5 non reducatur.

Explicata igitur natura praedicamentorum in eorum restatur de singulis agamus in particulari
Tunc quia primo locum optinet oppositio secundum Aristotelem cuius ipse naturam non quidem
definiendo sed dividendo hunc declaravit. possit autem oppositio in eorum non
inconvenienter definiri hoc modo oppositio est repugnantia duorum extra
mortem quae se mutuo et determinate ab eodem secundum quod idem excludunt
eius simul convenire non possunt.
In qua definitione notanda est illa particula determinate utrum alii proprie dicantur
opposita verum est ut se determinate ab eodem excludant. quod dicitur
ob formam leonis et alia indisparata quae licet sit incompossibilis cum
anima hominis in eadem materia, tamen quia hanc incompossibilitatem non habet peccatum
cum illa potius quam cum alia quaecumque formam ideo formam leonis et formam hominis
non habent proprie inter se oppositionem sed vocantur disparata quae non praecise repugnant
uni tertio sed aequaliter pluribus aliis.
Nos hic non tamen hic de oppositione propositionum quae est ~~[illegible]~~ oppositio com-
plexorum sed loquimur de oppositione rerum simplicium quae naturam in singulis
praedicamentis hactenus declaravimus. De hac igitur oppositione agimus in
praesenti quae ut melius intelligatur singula eius membra in quae divisa est ab
Aristotele examinabimus et sunt 4 membra scilicet oppositio relativa quae V.G.
Pater opponitur filio. Oppositio contraria quae Calor opponitur frigori
Oppositio privativa quae Caecitas opponitur visui et tandem oppositio contradictoria
quae stare V.G. opponitur non stare.
Antequam autem descendamus ad haec membra duas prius quaestiones solvere debemus.
1a est An haec divisio oppositionis sit generis in species an analogi in sua
analogata. Huic dico non esse divisionem generis in species sed analogi in
sua analogata. Etenim ratio oppositionis principaliter et magis convenit
contradictoriae oppositioni caeteris autem minus principaliter et in ordine ad
hanc igitur est analogi in sua analogata. plus autem oppositio consistit in re-
pugnantia sed contradictoria magis repugnant quia ipsi in infinitum distant et

in nullo conveniunt, cetera a. saltem in aliquo conveniri videntur
quod ratio oppositionis principaliter et magis convenit oppositioni contradictoriae
1a a. consequentia bene inferitur. tunc non est divisio analogi in sua analogata
quando unum membrum principaliter et magis participat naturam
divisi cetera vero tantum in ordine ad illud.
Ad hoc dico. Oppositionem quae hic in 4 ista membra dividitur non esse merum
ens rationis ut volunt nonnulli sed esse verum ens reale quia in primis oppositio
numeratur inter ab Arte inter postpraedicamenta sed postpraedicamentum
non est ens rationis quod nec oppositio erit merum ens rationis. Deinde Calor
et Frigus sine ulla dependentia ab illis habent mutuam repugnantiam
et conantur se invicem destruere quod haec oppositio non erit ens rationis cum
dicitur a parte rei et quod nec oppositio in communi erit ens rationis alias et inferi-
ora eius essent eiusdem entitatis cum omne id quod est de essentia superiori
sit non de essentia inferiori ut patet.
3o Denique In divinis inter Patrem et Filium datur realis oppositio
relativa propter quam oppositionem personae divinae distinguuntur realiter
inter se quod oppositio in proprio conceptu non dicit aliquid rationis.
2a quaestio est An haec divisio sit adaequata ita ut nulla alia detur
oppositio quae ad 4 ista membra non reducatur vel an 3 tantum sint membra
dividentia. Quia Rx Hanc divisionem esse adaequatam et sufficien-
tiam hoc ratio sumitur ex hoc. Ipso quod oppositio aut attendatur inter
ens et non ens aut inter entia si attendatur 1o modo, id fit Et vel non
est oppositio inter ens et non ens omnino et simpliciter et sic est contradictio vel
inter ens et non ens in tali subiecto et sic est oppositio privativa. Si a-
attendatur 2o modo, id non Et contingit vel non est oppositio inter entia se
mutuo expellentia ab eodem subiecto et sic est contrarietas. Vel est
inter Entia ad invicem contraposita et sic est oppositio relativa. Et
inter istas 4 oppositiones si formaliter considerentur in ratione oppositionis primum

Locum tenet oppo contradictoria 2a Privativa. 3a contraria. 4
Relativa. Si v. considerentur in ratione entis tunc 1a oppo relativa
2a contraria 3 Privativa 4. contradictoria. Has ergo oppones in 2a
consideratione accipiemus et sic illam de singulis agemus. Unde sit.

Cho 3 Oppo Relativa est repugnantia duarum relationum quae
eidem sic quod idem convenire non possunt. ut Pater et filius
opponuntur relative.

Quia habent duas relationes sibi oppugnantes quae eidem sic quod idem simul
convenire non possunt. tene quidem sic diversum respectum idem homo
potest esse Pater et filius non tamen sic quod idem non et haec repugnantia cum
incompossibilitate conveniendi eidem est post quidem conveniens istis
relativis consistit in quadam contrapositione quando sic: tres ponuntur
in primum relativum ut id a quo respicitur et quod tertium quia ergo implicat
quod idem sic quod idem respiciat et tertium in ipsum respectum huius est
quod relativa opponantur inter se. quomodo a. relationes opponuntur Ansi:
seipsis an v. per relationes superadditas dictum est sup. per primam n. entitatem
opponuntur inter se, non per relationem superadditam, licet verum
sit quod ex ipsis relationibus specie distinctis quae seminicem respiciunt resultet
quidam modus qui est oppo formalis quae formaliter est opposita et isti modus
vocatur oppo relativa. Differt a. oppo relativa ab aliis oppo
quod illa quae relative opponuntur quando unum est in rerum natura et alterum
esse debet cum relativa se mutuo ponant et tollant quod certe aliis oppo
non competit unio cum est contra posito uno extremo alterum destrui
verum est ut pat. in Calori et Frigori.

Cho 4 Oppo contraria est repugnantia mutua duarum
accidentium possibilium quae sub eodem genere maxime distant
et eidem subiecto vicissim inest ab eoque se mutuo expellunt nisi alterum
insit a natura.

Vel clarius contraria sunt illa quae posita sub eodem genere maxime distant
et ab eodem subiecto se mutuo expellunt nisi alterum insit a natura.
Per accidentia positiva intelligimus qualitates inter quas solas dari vera con-
trarietas. Nomine generis sunt intelligi tam genus proximum quam remotum
sicut albedo et nigredo opponuntur contrarie quia sunt accidentia positiva
sc: qualitates quae sub eodem genere proximo sc: colore maxime distant.
Iustitia v. et Iniustitia contrariantur inter se licet non habeant idem
genus proximum ~~[illegible]~~ cum genus proximum iustitiae sit virtus, iniustitia
a. vitium, habent tamen idem genus remotum sc: habitum sub quo maxime
distant.
Dictum est quod eodem subiecto vicissim insint ut calor et frigus vicissim
insint eodem aqua modo non est calida modo frigida. Dictum est modo quod mutuo
se ab eodem subiecto debeant expellere et hoc ipsum patet in eodem exemplo
frigoris et coloris. Additum tamen est nisi forte alterum insit a natura
quia si alterum insit a natura ut naturalis proprietas nullo modo a subiecto
separabilis non est verum quod vicissim insint eodem subiecto. Neque enim tunc
proprie se mutuo expellunt v. g. calor et frigus non insunt vicissim igni
neque enim se mutuo ab eodem expellunt quia calor inest igni a natura ut
naturalis illius proprietas.
Itaque summatim ad contrarietatem petitur quod sint qualitates quae sub eodem
genere sive remoto sive proximo maxime distent et se mutuo ab eodem
subiecto expellant nisi alterum insit a natura.
Dicitur a. Artes contraria In contraria immediata et contraria mediata
contraria immediata sunt illa quae sibi immediate repugnant et nullum ad-
mittunt medium ut Iannum et infirmum sunt contraria immediata, nullum
enim dari subiectum capax sc: aliquod quod non sit Iannum neque infirmum.
Vitium enim et virtus opponuntur immediate et hoc intelligi debet de rebus
quae apta sunt ad recipiendas tales contrarias qualitates.

sim. De facto incapaci tamen nullum certum est dari aliquod quod non sit
sanum neque infirmum ut lapis v. g. neque sanus neque infirmus est, verumtamen
lapis non est subiectum aptum ad recipiendam sanitatem vel infirmitatem.
Contraria Mediata sunt illa quae sibi ita repugnant ut habeant aliquod medium
et hoc modo contrariantur sibi albedo et nigredo quia per medium habent alium colorem
fuscum vel viridem. Medium sunt dici illud de quo utrumque extremorum
absolute negari potest ut fuscum non est illud quod non absolute est album nec
absolute nigrum licet possit dici quod sit quid mixtum ex nigro et albo.

Ch. 5a. Oppositio Privativa est Repugnantia mutua inter formam
alicui subiecto debitam et illius Privationem.

Quae oppositionem exercitant et vis sunt ignorantia Mors et vita lux et tenebrae
Ad Privationem in [illegible] cum negatione formae in subiecto apto ad talem formam et
hoc duplex est aliud quod immediate respicit subiectum in medio formae prius ab
illo habita v. g. ignorantia respicit illum immediate sive in illo prius
fuerit scientia sive non, et idem est de tenebris quae respiciunt diaphanum
sive in illo fuerit lux sive non.
Aliud est Privatio stricte sumpta quae non respicit subiectum immediate sed mediante
forma quae privat prius a subiecto habita sic mors est privatio vitae in subiecto prius
habita, non [illegible] aliquid dicimus mortuum nisi prius habuerit vitam quam mors privat
ita non Caecitas est privatio visus in subiecto ad quod ante fuerit vel in quo fuisset
ex [illegible] [illegible] nisi adesset aliquod impedimentum in organo in
quo residet per [illegible] quod potest exercere suum actum nisi tollat impedi-
mentum quod dicitur caecos a nativitate licet non habuerint visum
in sua generatione haberent illum nisi organum in quo debet recipi est
laesum.
Ex hac differentia colligenda est veritas illius dicti Ab [illegible] [illegible]
a forma ad privationem dari regressum, non vero a privatione ad habitum
[illegible] [illegible] quod dictum non videtur valere [illegible] absolute sumendo
formae [illegible] quae privat.

cum a tenebris ad lucem frequentissime dicitur regressus, ipse ut docet
S. Th. hoc dictum tamen verum habet de illis privationibus quae non immediate
respiciunt subiectum sed mediante forma ab hac non dicitur regressus ad formam
nam ut a morte ad vitam a caecitate ad visum non dicitur regressus
nam ut supernaturaliter id fieri potest nullus dubitat.
De Aliis v. Privationibus quae sunt primi generis dictum Aristotelicum mi-
nime verificatur neque de istis locutus est Artes.

Cap. 6. Oppositio contradictoria est repugnantia mutua inter
quamcumque rem et eius negationem ut homo et non homo ens et non ens
opponuntur contradictorie

Et haec est maxima omnium oppositionum quia extrema huius oppositionis in nullo conveniunt
et ipsi in infinitum distant quod in aliis oppositis non reperitur, opposita enim
relative conveniunt in genere relationis, opposita contrarie in genere qualitatis
opposita privative in subiecto apto ad recipiendam formam, opposita vero
contradictorie in nullo conveniunt et ideo maxime opponuntur.
Neque dicas contraria magis distant quia habent medium aliquod genus contradictoria
minus distant quia nullum habent medium. Ex n. contraria physice et naturaliter
magis distare, non tamen in linea repugnantiae et formaliter sicut duo asseres
conglutinati non immediate sed in aliquo medio physice magis distant
non tamen in linea repugnantiae et oppositionis formaliter quae consistit in mutuo possi-
bilitate plurium formarum in eodem subiecto, quae minus quam una forma cum alia
esse potest eo magis repugnat et distat ab illa sed nihil minus potest pati aliqui
res quam suam negationem quam oppositio contradictoria erit maxima. Et haec
sunt dicta de 1° Postpraedicamento.
2m Postpraed. vocatur Prius quod nihil est aliud quam modus quidam realis
imperfectus secundum quem una res dicitur prior altera.
A a. varii modi: Prioritas 1a est prioritas temporis quae una res dicitur prior
altera sic sexagenarius est prior tempore hominis iuvene.
2° una res est prior altera ordine et vocatur prioritas ordinis reperitur
in illis rebus quae vel habent rationem principii vel partis respectu alterius sic unitas

Dr̄ prior numero Elario, syllabae dr̄ m̄ priores ipsis verbis q̄ verba
ex illis componunt.
3º. Unum dr̄ prius alio dignitate, et ē quasi unus p̄cedit alium in honore
et haec prioritas ē nis p̄scetissima in gr̄e logico licet in gr̄e politico
multum ponderis habeat.
4º. Dr̄ unum prius alio prioritate obseq̄ q̄ ab illo n̄ valet subsistenti
obseq. et tali mō priora sunt cū gr̄a superiore de q̄ sup.
His 4 prioritatib adiungit Aristoteles 5º q̄ dr̄ prioritas naturae q̄ reperit in illis
rebus q̄ licet nō se convertant tn̄ una ē causa alterius et n̄ ē cōa sic centia
hoīs v.g. ē causa prior risibilitate prioritate naturae licet n. nō se convertant
ut pat. tn̄ centia ē causa risibilitatis, n̄ a. risibilitas centiae. Et haec
prioritas n̄ ē in q̄ sed a q̄, n̄ a. petitur ut aliquid sit prius naturae alio q̄ in
aliq̄ priori tpe prius existat q̄ prioritas vocat in quo. Hac g̃ prioritate
naturae prior ē sol lucis et oīs centio sua p̄ proprietate, q̄ quidem ē causa p̄ proprietatis
n̄ tn̄ prius tpe existit, Itaq ad prioritatem naturae petit p̄cise q̄ unum sit
causa alterius licet nō se convertant et simul tpe existant. Ex q̄ pat. q̄ ratione
distinguitur prioritas naturae a prioritate temporis.
Aliam prioritatem assignant Theologi in divinis q̄m vocant prioritatem
Originis q̄ consistit in productione cum emanatione unius personae divinae ab
alia, q̄ una persona ē producens et alia producta. Persona producens dr̄
prior origine Persona producta dr̄ posterior et persona producta dr̄ posterior origine
sic Pat ē prior filio in divinis et haec prioritas nec ē prioritas in quo
nec prioritas a q̄ q̄a una persona n̄ ē causa alterius licet sit p̄p̄ p̄p̄ium alterius
verum haec Theologis relinquimus.
3º. Post p̄d. vocat simul et ē m̄ modus quidam realis q̄ duae res dr̄ simul
esse et ē simultas duplex alia tpis alia naturae. Simultas tpis ē quando
duo in eodem tpe sunt aut sunt. sic duo gemelli centia et proprietas dr̄
simul tpe. Simultas naturae ē nō illa q̄ nō se convertunt vel q̄ simul sunt
tpe, tn̄ unum n̄ ē causa alterius sic duo relativa dr̄ simul naturae, q̄ quidem nō
se convertunt unum tn̄ in gr̄e relativo n̄ ē causa alterius sic pat ē simul naturae
Cum filio.

Itaq ad simultatem naturae petitur quod se mutuo inserant et unum sit causa alterius
ut Pater et filius se mutuo inserunt, et tamen unum non est causa alterius in genere
relativo. Et per hoc differt simultas naturae a priorite naturae. Dicitur enim
divisivae generum sed non simul naturae in genere dividendi praecise genus,
sed non secundum se spectantur non repugnat quod una sit prior alia, dum ergo simul secundum
quod dividunt genus sed non convertuntur ipsi inter se et una non est causa alterius
quod ad simultatem naturae sufficit.

4m Postpraedicamentum vocatur Motus et est quidam accidens imperfectum quod res alterius se habet
nunc quam prius vel Motus est Actus Entis in potentia quatenus in potentia et de hoc latius
in physica.

Huius Postpraedicamenti 6 species assignat Aristoteles communiter quae membra dividentia
solent vocari species et sunt. Generatio Corruptio Augmentatio Diminutio
Alteratio Latio seu Motus Localis de quibus ibidem.

5m Postpraedicamentum est Habere Ubi Nota quod Habere dicitur multiplicitur
1o non habere simpliciter communiter quod idem valet ac possidere aut habere aliquid genus
modo sive per inhaerentiam sive per relationem sive per effectionem ut cum
aliquis dicitur habere pecunias amicum servum et alia. Et habere in hac acceptione
constituit hoc 5 postpraedicamentum. 2o simpliciter habere minus communiter quod est quidam
medium per modum actionis et passionis inter habentem et rem habitam
ut cum dicimus vestiti vel armati, vestium vel armorum adiacentia
et in hac acceptione constituit ultimum praedicamentum habitus. 3o simpliciter
adhuc minus communiter quod sit: est id quod se res bene vel male se habet ad naturam
vel operationem et sic habere spectat ad praedicamentum qualitatis. Ex his patet quod
sit postpraedicamentum habere et quomodo distinguatur ab habitu ultimo praedicamento
et ab habitu qui ponitur in 1a specie qualitatis.

Arg 3: Ens Volutas et rectus sequuntur praedicamenta et tamen non sunt postpraedicamenta
ergo dicitur postpraedicamenti non erit bona sequela patet per aliud. Ens sequitur substantiam
et omne praedicamentum est ens Item volutas et rectus sequuntur horum quae est substantia
ergo aliud verum.

Ad ergo ma. q. ad p. Ens n. ē ferq; p̄dicamenta sed potis antecedit
illa et ē cōd fundām omnū p̄dicamentorū. Ens in decem p̄dicamentis
de analogia entis sumpti substantiae et accidentis dicitur. Ad posset.
q. potest ut patet in fallum fieri et similiter p̄dicamenta. Et notandum quod
q. post p̄dicam. tū dicit fieri p̄dicamenta sed patet hic potest ut
p̄ post p̄dicam. Ens n. ē prius creaturis et tū n. ē p̄dicam. Ens enim
sed post p̄dicam. Ens n. ē prius creaturis et tū n. ē p̄dicam. Ens enim
ē p̄dicam. n. Entis et tū ens ut fit n. ē p̄dicam. neq; potest in alle p̄dicam.
ad n. nostrum et alium concurrit. Ex hoc dicit n. ē ad post p̄dicamenta q.
ē sequens horum tanquam modo ubi imperfecta sed ut q. completum et
perfectum. Ad q. ma. sequens p̄dicam. ut q. completum et perfectum
in hac conc. ut q. imperfectum et incompletum ergo ma. et non
perfecte intelligimus idem determinatum entitatem sequentem
et similitudinem ipsa p̄dicamenta et n. intelligimus perfectum esse sum
tam ut dictum ē fuit.
Ad 2. Ois terra dimissis et fieri q. membra opposita sed mentra dimissis
i. opposita dividit in q. quia n. sunt opposita q. p̄dicta dimissio n. est terra.
Ad ma. si membra opposita opponerent q. mediante alio oppositi
mis oppositis dabet alia oppositi et sic in infinitum q. tū ad hoc n.
Conf. Membra h. dimissionis minime se mutuant et q. hoc ē in tegro terra
dimissis q. ma. sed oppositi contradictorii in est oppositi mutuis q. ē
oppositi aperit negatio sui oppositi et frigidum aperit negatio calidi q.
Ad ergo ma. ad p. dicit membra h. dimissionis opponi ut sed n. q. alio
oppositi sicut dicitur sed sicut sicut oppositi opponendi et sic ergo q.
cessit in infinitum. Ad 2. concedo q. membra h. dimissionis opponuntur alio
oppositi in infinitum tū solet accidere in substantia ipsis oppositi est regula ut sicut
dividatur aliquid q. q. tū q. hic sit quia in infinitum quia in hac q.
membris q. sit ipsis q. dum sicut dividendum est ad oppositum dicitur et tunc ultimum
Substantiam.

Ad 2m. Rx membra h. divisionis maxime et identice se includere non a-
fortiter quod non est contra leges divisionis, ut patet in divisione illa boni in honestum
utile et delectabile quia divisio ab omnibus partibus ut bona recipitur et tamen
membra illius ita se habent inter se ut unum maxime cum alio identificetur
nam eadem res potest esse honesta utilis et delectabilis, ut videre est in studio
literarum quod in se honestum est et praeter honestatem magnam affert utilitatem
et delectationem. Idem ergo dicimus de membris h. divisionis quae ita sunt
inter se comparata ut maxime se complectantur, eadem siquidem res potest opponi
contrarie et contradictorie v.g. albedo opponitur contrarie nigredini et tamen
contradictorie cum albedo afferat in se negationem nigredinis, fortiter tamen
haec membra seminium non includunt, alia non est ratio fortis oppositionis contradictoriae
alia contrariae alia privativae. Ratio n. fortis oppositionis contradictoriae est
esse affirmationem et negationem eiusdem de eodem secundum idem. Ratio v. fortis
oppositionis contrariae est afferre extrema quae sub eodem genere maxime distent et
sullo vicissim insint, ab eoque se mutuo expellant quod certe oppositio contra-
dictoria et privativa non habet. ut patet et sic de singulis oppositionibus fortiter
loquendo quia ex hoc aliquid fortiter quod nullo pacto alteri membro divisionis
competit et hoc sufficit ut divisio dicatur bona sicut a simili de divi-
sione boni probatum est.

Arg. 3. Ratio oppositionis praedicatur de his 4 membris secundum idem nomen et
secundum eandem rationem ergo praedicatur univoce et ergo erit genus respectu illorum.
Probatur antecedens in primis haec 4. membra habent idem nomen quia communicant nomen
oppositionis. Quod ad rationem oppositionis probatur antecedens, ratio oppositionis in communi est non posse simul
esse in eodem secundum idem sed haec ratio est communis omnibus et eadem in omnibus ergo oppositio
praedicatur de his 4or membris secundum idem nomen et secundum eandem rationem.
Rx negando antecedens quod ad rationem probatum. Licet n. habeant idem nomen non tamen parti-
cipant eandem rationem eodem modo sed ratio oppositionis prius et magis convenit
oppositioni contradictoriae quam aliis ut dictum est.

Et ex hoc patet hanc divisionem non esse generis in species. 3a. sequitur ex hac
solut. oppositum contradictoriam esse mixtum talem quod tamen falsum est cum oppositio
contraria magis participet naturam oppositionis. quod probatur. oppositio contraria metudit
contradictoriam ergo magis participabit naturam oppositionis. Ex ex dictis oppositionem
contrariam habere annexam contradictionem non tamen illam explicari in sua ratione formali
qua contradictio non metudit formaliter in illa ut dictum est. Et sic adhuc manet quod
oppositio contradictoria magis participet rationem oppositionis quam in illa reperitur minor
convenientia, oppositio vero contraria minus participabit rationem oppositionis quam in illa
reperitur maior convenientia. Opposita vero contrarii conveniunt in genere ut
dictum est. Et idem dicimus de aliis membris oppositionis quae saltem in aliquo
convenientiam habent. Verum est quod in ratione entis oppositio contradictoria non sit
membrum principale huius divisionis cum in ratione entis minus participet
est tamen principale membrum in ratione formali oppositionis.
Contraria tamen sententia quae censet esse divisionem generis in species non habet suam probabilitatem
licet nostra videatur firmior et communior et hoc de Postpredicamentis.

Aristotelis sufficiant.

22 July

Absolvimus
Postpredica
menta